Societatem datis dixi. Diplomata publici iuris faciemus, ut primum per ſodales noſtros huic labori inſiſtentes licuerit. Magnae igitur molis opus iunctis amicorum manibus perfici poſſe confidimus. Tu igitur Vir ſumme, auſibus noſtris adſpira, et quam praeſenti mihi olim benivolentiam exhibuiſti, ea et in poſterum ſtudia noſtra proſequaris. Ceterum me in litteris lingua latina uti promittas quaeſo, nam licet Italam adamem, eaque in Italia per biennium ſere locutus ſim, ea tamen ſi Florentino ſcriberem non ululas ſed decerptas tantum ularum plumas Athenas portare mihi viderer. Vale faveque Vir illuſtriſſime.

Dabam Hannoverae a. d. 3. Idus Julias a. 1825.